UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem, ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Copia testamenti Perillustris ac Reverendißimi Domini Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis ab ipso dictati vix media hora ante mortem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

Visual Library

Copia teſtamenti Perilluſtris ac Reverendiſsimi Domini Cornelij Ianſenij Epiſcopi Iprenſis ab ipſo dictati vix media hora ante mortem.

EGo Cornelius Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Iprenſis de mea libera voluntate do & dono omnia mea ſcripta, ad explicationem S. Auguſt. ſpectantia Capellano meo Reginaldo Lamæo, partim quia magno labore ea ſcripſit vel dictavit, partim quia ſine originali, Copia corrigi non poteſt. Hâc tamen mente hanc donationem facio, ut cum doctiſſimis viris Magnifico Domino Liberto Fromondo & Reverendo Domino Henrico Caleno Canonico Mechlinienſi cōferat, & diſponat de editione quàm fideliſſimè. Sentio enim aliquid difficulter mutari poſſe. Si tamen Romana Sedes aliquid mutari velit, ſum obediens filius, & illius Eccleſiæ, in qua ſemper vixi uſque ad hunc lectum mortis, obediens ſum. Ita mea poſtrema voluntas eſt. Actum ſexta Maij 1638.

Infra ſcriptum erat CORNELIVS Epiſcopus Iprenſis, & impreſſum ſigillum ejuſdem.

Ita teſtor.

HENRICVS CALENVS.